



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Infectus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

tales videtur: sed ego nullo modo concesserim, cum ea lex non sit usu recepta.

* *Sylu. vers. Imago. num. 5.*

Addit De imaginum sacrarum cultu *Azorius* l. 9. c. 6. *mort. Inst. t. 1.*

Honor imaginis transit ad exemplar. *Basil. in 6. Syno. vide Bellar. t. 2. l. 2. c. 20. de Ecclesia triumph.*

Rectè pinguntur diademata sanctorum capitibus. *V. Bellar. l. c. cap. 10.*

Ex se vetitum est, ne Christus pingatur sub agni forma, more tamen recepto, id licet. *Syl. l. c. num. 3. c. sextum de consec. d. 3.*

IMPOSSIBILE.

1 **I**mpossibile dicitur iuridicè, quod non potest fieri iustè, aut honestè, aut commode; itaque valde difficile velut impossibile reputatur in legibus humanis, quæ ad impossibile non obligant.

* *Vide Syl. vers. Impossibile.*

Incestus, vide Luxuria.

Incorrigibilis.

1 **I**ncorrigibilis in Iure dicitur, qui vel non pareat iudicis sententiæ, vel post cõdemnationem idem crimen, aut peius facit.

* *Vide Syl. vers. Incorrigibilis.*

IN-